



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Caesari
Avg. in Comicijs Augustæ. Anno M. D. XXX.**

Melanchthon, Philipp

Augsburg, 1535

VD16 C 4710

Qvid Patres De Sacrificio Senserint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34184

DE SACRIFICIO.
QVID PATRES DE SACRIFI
CIO SENSERINT.

ET quoniam loca Scripturæ quæ contra nos citantur expli
cauimus, de Patribus etiam respondendum est. Non igno
ramus Missam a Patribus appellari sacrificium, sed hi non uolūt
Missam ex opere operato, conferre gratiam, & applicatam pro
alijs mereri eis remissionem peccatorum culpæ & pœnæ, Vbi le
guntur hæc portenta uerborum apud Patres: sed aperte testatur
se de gratiarum actione loqui. Ideoq; uocant *εὐχαριστία*, Dixim⁹
autem supra sacrificium *εὐχαριστικόν* non mereri reconciliationem,
sed fieri a reconciliatis, sicut afflictiones non merentur reconcilia
tionem, sed tunc sunt sacrificia *εὐχαριστικά*, quando reconciliati, sus
tinent eas. Et hoc responsum in genere ad Patrū dicta, satis tues
tur nos contra aduersarios. Certum est enim illa signum de me
rito operis operati nusquam extare apud Patres. Sed ut tota cau
sa manifeste perspicui possit, dicemus & nos de usu sacramenti, ea que
certum est consentanea esse Patribus & Scripturæ.

Eucharistia

DE VSU SACRAMENTI, ET
DE SACRIFICIO.

Quidam belli homines fingūt cœnam Domini institutam
esse propter duas causas. Primum, ut sit nota & testimo
nium professionis, sicut certa forma cuculli est signum cer
te professionis. Deinde cogitant præcipue talem notam Christo
placuisse, uidelicet conuiuium, ut significaret mutuam inter Chri
stianos coniunctionem atq; amicitiam, quia symposia sunt signa
fœderū, & amicitia. Sed hæc opinio est ciuiliſ, nec ostendit præ
cipuum usum rerū a Deo traditarum, Tantum de caritate exer
cenda loquitur, quam homines prophani & ciuiles, ut cunq; in
telligunt, De fide non loquitur, quæ quid sit, pauci intelligunt.

Sacramenta

Symposia